



**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

13. Quid hac recensuerit Hippolytus, quid Apollinarius, quid Clemens  
Alexan.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

## QVÆSTIO XIII.

*Quid hac de re, teste S. Hieronymo, censuerit Hippolytus, Apollinarius, Clemens Alexandrinus.*

**S** Hieronymus in cap. 9. Dan. Hippolytus, inquit, de iisdem hebdomadibus opinatus est ita. Septem hebdomades ante reditum populi supputat, & 62. post reditum, vsq; ad natiuitatem Domini, quarum tempora omnino non congruunt. Siquidem regni Persarum, ducenti & triginta supputantur anni, & Macedonum trecenti, & post illos vsque ad natiuitatem Domini anni triginta, hoc est, ab initio Cyri regis Persarum, vsque ad aduentum Saluatoris anni quingenti sexaginta. Nouissimam quoque hebdomadam ponit in consummatione mundi, quam diuidit in Eliæ tempora & Antichristi, ut tribus & semis annis, vltimæ hebdomadæ Dei notitia confirmetur, &c. Hæc in medium affert S. Hieronymus, de quibus hæc anoto.

*Opinio Hippolyti.*

1. *Primo* notandum, accuratam esse, & ad vulgarem Christi æram quadrare huius sancti viri interpretationem, qua regno Persarum dat 230. annos, Græcorum 300. post istos vsque ad Christum numerat annos 30. Sedenim ab initio regni Cyri, vsque ad æram Christi nati, sunt anni 560. incluso nimirum, anno 1. Olymp. 55. quo fluente Cyrus regnum apud Persas est adeptus.

*Insignis supputatio S. Hieronymi.*

2. *Secundo* notandum, triplici ex capite Hippolyti opinionem non mereri fidem: tum quia 49. annis ante laxatam à Cyro captiuitatem, iniissent istæ hebdomadæ, & longe ante Christum Ducem, imò ante Christum natum exparissent; quod nec Hippolytus ipse concesserit: tum quia postremam hebdomadam nimium quantum distrahit ac remouet à cæteris, ut iam dictum quæst. 10. numer. 3. Denique post 69. hebdomadas Hippolytus Christi natiuitatem ponit: cum Angelus post totidem septimanas Christum asseruerit occidendum.

3. Apollinarius autem Laodicenus docebat, ab exitu Verbi, quando Christus de Maria Virgine generatus est, vsque ad 40. annum, id est, finem septem hebdomadarum, Israelis expectatam penitentiam. Postea verò ab octauo Claudij Cæsaris anno, cõtra Iudæos Romana arma correpta. Tricesimo enim iuxta Euangelistam Lucam anno ætatis suæ cõpfit in carne Dominus Euangelium prædicare, & iuxta Ioannem Euangelistam per tria paschata, duos postea impleuit annos, & exinde sex Tiberij computantur anni, & quatuor C. Cæsaris cognomento Caligulæ, & octo Claudij, id est, simul anni 49.

*Opinio Apollinarii.*

qui faciunt hebdomadas annorum septem. Cum autem quadringenti  
 quatuor anni post hoc fuerint euoluti, id est, sexaginta duæ hebdomadas  
 ab Elia, qui venturus est, iuxta sermonem Domini Saluatoris, ut refert  
 patrum ad filios, in vltima hebdomada, ædificandam Ierusalem de  
 per tres annos & semis, &c. Et paulo post subtexit S. Hieronymus, dicens  
 tem idem Apollinarius hanc se temporum capere iacturam, quia  
 scriptor temporum, vltimam hebdomadam in fine mundi esse  
 posse fieri, vt iunctæ diuidantur ætates, sed omnia sibi iuxta prophetam  
 nielis esse tempora copulanda. Hæc ibi: de quibus notanda quædam  
 5. *Primum*: huius opinionis falicitatem ipse temporis decursus  
 patefecit. Siquidem hebdomades istæ secundum Apollinarem ab ortu  
 profuunt, anni 490. septuaginta hebdomadibus contenti nullo  
 temporis interiecto distrahuntur, & vsq; ad mundi finem propa-  
 gantur, falsum esse liquido comperimus, sic enim mundus non vltra 490. An-  
 num stetit. *Secundum*, Christus ex communi sententia, post  
 ma, non biennio tantum, sed triennio superstes fuit, ante suam  
 ostendi *Opusc. de anni Saluatoris, cap. 14. Tertium*. Ex opinione  
 Christus non peruenisset ad annum vitæ mortalis 37. contra  
 etorum sensum, vt docui ibid. cap. 15. Passus verò esset Tiberio  
 Coss. quod alias probabile est. *Quartum*. Annus octauus Claudi  
 tium Februarij anno Dom. 48.

Eius falsi-  
tas.

Opinio  
Clem. A-  
lexand.  
falsa.

Animad-  
uersio Pe-  
tauji in  
Clemente.  
1.  
2.

6. Clementis Alexandrini sententiam ita describit S. Hieronymus  
 vir eruditissimus, presbyter Alexandrinæ Ecclesiæ parvi pendens  
 merum, à Cyro rege Persarum, vsque ad Vespasianum & Titum  
 Romanos, septuaginta annorum hebdomadas dicit esse completas,  
 nos 490. additis in ipso numero, duobus millibus, trecentis diebus,  
 supra diximus, Persarumque & Medorum & Cesarum tempora  
 madibus enumerare conatur, cum iuxta diligentissimam supputa-  
 mo anno Cyri regis Persarum atque Medorum, in quo imperator  
 vsque ad Vespasianum & euersionem templi supputentur anni 650.  
 Hieronymus.

7. Dionysius autem Petauius hb. 12. cap. 30. Clementis ratio-  
 nos reuocat accuratius & monet *primò*, ex sensu illius, hebdomadas  
 no 2. Cyri: huic enim annos trecentos, Cambysi vnde vicenos  
 bus confuunt 49. anni, septem hebdomadibus completi, quas  
 Datij, terminatas, & sic annum primum Cyri necessario  
 addi hebdomadas à Clemente, non continuari, sed temporibus  
 secum ipse pugnaret. Nam Persarum imperio 235. annos imperit,

P.  
H. Philipp

Chronol.  
Testa

A IV  
17

titum Cleopatraz 304. enumerat, ex quibus 539. anni constantur, ac ideo si anni 450. harum hebdomadam nulla diuisione interposita coherent; sexagesima nona ad mortem Cleopatraz non pertingeret, tantum abest, vt ad Christum duceretur. Vltimam verò hebdomadem palam à precedentibus abiungit, dum eius initium capit ab extremis Neronis temporibus, & eam templi vallatione sub Vespasiano concludit.

8. De Clementis computatione his modis explicata, occurrunt ista. *Primum: Declaratur supputatio Clementi.* bene S. Hieronymus, ab anno 1. Olymp. 55. quo labente Cyrus Persarum cepit imperium, vsque ad annum, quo Titus euerit Ierosolymam supputat annos 630. inclusis terminis, nempe anno ante Christi æram 560. & ære eiusdem 70. *Secundum:* Cambyzes post mortem Cyri, non imperauit annos vnde viginti, sed solum septem & menses quinque Cambysem securus est, Smerdis Magnus, per 7. menses, quibus octauus Cambyza expletus est. Quo fit, vt annus 10. ab interitu Cyri, fuerit secundus Darij Hystaspis. *Tertium:* regnum Persarum ab initio Cyri vsque ad mortem Darij Codomani non nisi 230. annos stetit; regnum Græcorum 300. Itaque ab initio Cyri, vsque ad finem Cleopatraz, non 539. sed solum 530. anni supputandi sunt.

QVÆSTIO XIV.

Quid hac de re visum fuerit Sulpitio, Q. Iulio Hilarioni, & Tertulliano.

1. S. Euerus Sulpitius lib. 2. sacre historie sic scribit: Consummatio restitutæ *Computatio Sulpitij* vrbis trigesimo & secundo imperij Artaxerxis anno refertur: à quo tempore, vsque ad Christi crucem, id est, Fulium Geminium & Rebellium Consulibus, anni trecenti nonaginta & octo. Ceterum à restitutione templi, vsq; ad euerisionem, quæ sub Vespasiano Consule, per Titum Cæsarem consummata est, anni quadringenti octuaginta & tres. Prædictum id olim à Daniele, qui ab istauratione templi, vsque ad euerisionem, sexaginta & nouem hebdomadas futuras prænuuciauerat. A die autem captiuitatis Iudæorum, vsque ad tempus restitutæ ciuitatis fuerunt anni ducenti sexaginta. Hæc Sulpitius.

2. Hic errauit (& cum eo Scaliger atque Caluifius) *6. Error: Sulpitij.* primò, quod templi istaurationem retulerit ad Darium Nothum, quem ipse Ochum appellat, vt dixi 1. *1.* 2. Esdræ 1. q. 3. vbi probauit restaurati templi gloriam Darjo Hystaspis filio tribuendam esse. *Errauit secundò,* quod sub Artaxerxe Mnemone Esdræ & Nehemiam venisse Ierosolymam & mœnibus urbem cinxisse putauerit. Hoc sibi Artaxerxes Longimanus vendicat, vt 1. Esdræ q. 6. probatum. *Tertio,* quod absolutam vrbis reparacione anno 32. Mnemonis crediderit. Id anno 20. Longimanus *3.*

aa 3.

vcl

di

odia  
nenti